



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

JOANNIS GODOFREDI VOGELII,  
JURIUM CANDIDATI,

BREVIARIUM

JURIS  
PRUDENTIÆ  
NATURALIS,  
APHORISMIS

SUCCINCTIS COMPREHENSUM.

---

DRESDÆ,  
LITERIS JOAN. CHRISTOPH. CRUSII,  
ANNO MDCCXIII.

HEROI IN TOGA MAXIMO,  
*Perquã Illustri& Excellentissimo Domino,*  
DOMINO  
CHRISTOPHERO  
DIETERICO BOSEN.

Domino in Franckeleben, Seerhausen & Dörschniz  
&c. &c.

S. R. I. in Circulo Saxonum Super. & In-  
fer. Thesaurario, Hujus & Ordin. Johann.  
Equiti, Sac. Sarmat. Reg. Majest. & Sere-  
niss. Elect. Saxon. Purpurato ac Mini-  
stro Status Intimo.

*Domino suo Gratiofissimo,*  
*Felicitatem Percunem!*

# DOMINE,

## DOMINE GRATIOSISSIME,



*Udax est ille meus, quo TE, Excellentissime Domine, submisso observantiæ cultu de-  
 nerande, religiose colo, ani-  
 mus. Audet enim, quicquid etiam taci-  
 ta mentis disputatio in contrarium sugge-  
 rat, Perillustre tuum Nomen exiguis his  
 tabulis, vix concinno & modulato verbo-  
 rum sono elaboratis, præfigere. Haud vero  
 audacia & temeritas aliqua præcocis e-  
 ruditionis, nec insolentia aut superbia,  
 ex doctrinæ abundantis præconcepta ima-  
 ginatione emergens, me ante oculos Tuos  
 produxit; Nec ingenii mei vires, quas  
 in me exiguas esse sentio, nec mentis acu-  
 men, quod stupidum & hebes esse conatus  
 meus*

*meus loquetur, me Te, omni dignitatis  
 & eruditionis genere præcellentem adire  
 voluerunt; verum justissimum & æquis-  
 simum obsequium, quo Parenti meo omni  
 honore prosequendo devinctus sum, me  
 impulit, ut provinciam hanc susciperem,  
 impositam. Patris igitur inductu, Te,  
 Domine Excellentissime, accedo, cui cum  
 nulla plane occasio oblata fuerit, qua  
 maxima sibi, ab Perillustri BOSIANA  
 Domo exhibita beneficia celebrare potu-  
 isset, id hac vice per me, licet eam ad  
 rem imparatissimum fieri voluit. Suscipe  
 itaq; DOMINE EXCELLENTIS-  
 SIME, pro singulari ac omnibus perspe-  
 cta Tua humanitate, serena fronte char-  
 taceum hocce munusculum, certissimam  
 & parentis, & meæ observantiæ, imo  
 devotissimæ pietatis tesseram, & quod  
 ambio patrocinium largire. Solatur me,  
 spes certissima, fore, ut eo citius submissi  
 mei voti fiam particeps, quo magis famam  
 sum-*

115  
Summum tuum erga clientes favorem ce-  
lebrat atque effert. Iſtam in ſpem ere-  
ctus, Ter ſanctum ſupplex adoro Numen,  
ut Tuam, Patriæ Pater Inclute, vitam,  
valetudinem, thorum, familiam, longae-  
vitate, perſeverantia, ſuavitate, bene-  
dictione, aeternitate, opum virtutumque  
proventu, extendat, ſoſpitet, confirmet,  
impleat, coronet, extollat. Ita precor, ita  
ſemper, dum ſuperero, precabor,

Per-Illuſtris Excellentiae Tuae

Devotiſſimus Clientis

Joannes Godofredus Vogetius.

# PRODROMUS

**D**eternæ Jus Gentium, nostro idiomate *Wölcher Recht*, a Jure Naturæ distinctum, inter doctissimos & singulari eruditione excultos Viros disceptatum esse & disceptari hodieque constat. Diversos enim in diversas abire videmus sententias, interque eas tutiorem alii putant, quæ summam ad Grotii, Rachelii, Vitriarii, aliorumque epocham refert atque trahit. In qua sententia & ego, cum adhuc Academiis discendi gratia inhabitarem, jam diu fui, & in disputationibus publicis eandem ex adductis magni momenti Viris propugnare summo allaboravi studio; Mox etiam, prout fieri amat, partim approbatores, partim iniquos offendi Censores. Tandem autem experimento facto, re, puta, relictius perpensa sententiam ipse mutavi, multis non dialecticis sed apodicticis rationibus commotus. Nam si verum est, quod nemo inficiatur, & ratum apud omnes firmumque habetur, nullum existi Jus nisi superior, omnino dicendum est, Gentes, quæ præter Deum superiorem non agnoscunt, fictitio isto Gentium Jure non obligari. Si enim Gentes præter Deum superiorem haberent, sequeretur, quod nulla gens, imo nulla summa potestas esset libera, quia esset subjecta potentia gentium. Uti vero par in parem, secundum regulam vulgarissimam, sic gens in gentem jus aliquod vel imperium obtinere nequit l. 14. ff. de Idict, l. 20. eod. Contrarius vero nobis admodum videtur Rachelius, trito potissimum illo brocardico fretus: Gentes obligantur sibi invicem ex pacto. Verum ad hanc objectionem hoc repono responsi, quærendo nimirum: Quando tale pactum initum est inter gentes universas, & sic hu-

118

hujus ortum indagare cupienti idem vere usu venit, quod his, qui circa originem Illustrissimi Electorum Ordinis desudant. Imo, ut pergam, si Gentes obligantur ex pacto, cessabit natura Juris Gentium, & omnis controversia pertinebit ad Jus Conatum, quo omnes gentes, principes æque ac subditi tenentur. Nihil enim J. N. & societatis humanæ indoli tam congruum atque conveniens est, quam servare pacta & stare promissis l. i. ff. de Pact. Quod vero istud adversantium argumentum concernit: Sufficit nempe ad hujus Juris constitutionem consensus gentium moratorum & quidem tacitus, qui colligitur ex recepto usu; respondeo: ut taceam minus recte dici moratorum, cum omnis pro tali judicari cupiat, pacta inter aliquas licet præcipuas gentes inita universale jus non constituunt, nec alias gentes obligant. Nec pactum tacitum erit, cum factum mutuae conventionis demonstrari nequeat. Ad ultimum repono licentiam ad quam magis pertinet quam ad legem. Haud vero est, quod provoces ad mores atque auctoritatem Doctorum. Quis enim diceret referente *Excell. Dn. BEXERO*, Patrono ac Præceptore multis nominibus prosequendo, Germanos obligari, ut in vestitu Gallos perpetuo imitentur, quia hos aliquamdiu imitati sunt? imo quis diceret auctoritate jus fieri. Non enim major auctoritas tribuenda est opinioni quam rationi & veritati, propter quam tuto ab illa recedere possumus. Quin & opinio verior merienda est potius a ratione quam ab auctoritate. Multa igitur, ut omnia paucis comprehendam, quæ Juris gentium dicuntur, moribus inter gentes receptis, a quibus tamen abire cuiuslibet liberum est, multa Juri Civili, apud plures gentes usitato, sine mutua harum obligatione, pleraque ipsi juri naturæ, quatenus ad integras gentes applicatur, adscribi merentur. Ac quidem de hac Juris naturalis prudentia, quæ omnibus gentibus commune jus facit, nec aliud admittit, imo quæ ab Aristotele ἀρχιτεκτονική καὶ κρηιτωτάτη scite appellatur, quædam in præ-

senti-



sentiarum, differere in animum induxi. Rogatus sc. a quibusdā, quos singulari amoris & pietatis signo prosequi gloriæ laudique duco, ut in ipsorum gratiam sciagraphiam aliquam vi cujus sine devii studio Juris, cujus præstantiam non minus ac necessitatē jam agnovere, operari possint, conficerem ac traderem: recepi in me hunc laborem, & pro paupella virium ratione, qua *ἰουδαϊα* i. e. viæ rectæ conservatione, tribus quæ expeditur pensis, procedendum sit, exponere curavi. Antequam tamen hoc programma Tractatui præmissō publici juris facerem, operæ pretium æstimavi seminarium quoddam J. N. conscribendi, hocque veri instar ducis in antecessum subministrandi. Tantum enim interpretationi Juris hæc præbet disciplina, ut qui hanc ignorarint, vel insuper habuerint, Jcti nomen nec mereri, neque usurpatum tueri possint. Nunc si forsā alicubi hallucinatus fuero, quod nec ab aliis nec ab me alienum est, illud nequaquam excusare vel dissimulare laborabo. Haud vero est quod dicas, quid tua refert? cur tu in hac scena: Fateor, debebant alii quibus forsā plus ætatis ac judicii: Sed plerique silent, Multi tamen strenue suum faciunt officium. Liceat itaque mihi horum legere vestigia, & aliquot Aristas colligere ex optima illa messe, in difficilioribus & tentare saltim est jucundum, imo prodiere tenus, si non datur ultra: Nec ad magna facilis est ascensus, hinc illud: *δύσκολα τὰ καλά*. Nemini vero, cui hæc displicent, interdictum, quin speret meliora. Interim divinum illud Numen supplex venerabor, velit laboris mei principium esse, medium ac terminus.

## CAP. I.



C A P. I.

De

Existencia & Providentia Divini  
Nuntinis.

I.



Us, quod pro complexu legum sumitur, sine Imperante concipi nequit: Imperans vero remoto DEO, natura non existit.

§.2. Ut itaque varios scopulos & anfractus evitemus, concludendum erit: DEUM existere, & providam rerum humanarum curam gerere.

3. Et ita inter omnes ac singulas gentes, ubique (etiam in ultimo orbis angulo & barbarie fitas) & ab omni aevo fuit receptum, dari DEUM aliquem, qui mundi hujus curam gerat, bonis delectetur, malos puniat, honesta velit, turpia vero nolit.

A

4. Qui-

4. Quilibet enim hominum in se ipso experitur, se inclinare magnopere, ferri ultro, imo rapi atque urgeri vehementer ad statuendam divini numinis ὑπαρξίν.

5. Quid mirum? stimulat illud ἡγεμονικόν internum, urget lex cordibus inscripta, imo convincit hæc universi compacti facies.

6. Hinc etiam inter Scholasticos orta est triplex DEUM per naturam cognoscendi via, quam Negationis, Causalitatis & Eminentiaë, seu Græca lingua θεολογίαν ἀποφατικὴν, ὑπὲρ τὰ νοῦμεν κατ' ὑπεροχὴν communiter nominant.

7. Deum vero vocamus Ens perfectissimum & æternum, habens suum esse ex se, & quod est penitus independens.

8. Attributa divina sunt conceptus inadæquati, differentia vero petita est, partim a subjecto, partim denique a modo distinctionis, qui non est realis sed virtualis.

9. Et quidem ratione secundæ differentiaë opponitur conceptibus primis, qui modum prædicandi habent Synonymicum, non paronymicum, sive ut loquitur derivativum.

10. Sunt enim attributa divina alia Synonymica seu quidditativa, alia paronymica seu qualitativa, alia comunia, alia denique proprie seu tropice talia.

11. Opera divina sunt actiones seu rationes actuales, quibus essentia divina sibi congruam Energiam vel Activitatem modo conveniente, & actualitèr exercet.

12. Hæc opera , qvatenus œconomice confiderantur, non incongrue dividuntur in interna & externa.

13. Interna sunt vel mentis, ut intellectio & consilium, vel voluntatis, ut volitio & decretum.

14. Externa sunt a priori Creatio, a formali conservatio, a posteriori gubernatio.

15. Creatio, sine qua nullum Ens, est actio DEi externa, non prædicamentalis sed transcendentalis, qua immediate, liberrima voluntate mundum hunc ex nihilo produxit.

16. Causa efficiens est DEus. Materia seu terminus a quo proprie loquendo non datur. Hinc decantatissimum illud: Materiam noli qværere, nulla fuit.

17. Interim forma creationis, rationis naturalis lumine confici omnino nequit; quandoquidem intellectus captum modus ille operandi excedit, quo ex nihilo, quod est vel negationis, vel privationis, vel denique repugnatæ, fit non nihil.

18. Finis creationis audit vel cujus, h. e. gloria & cultus divini numinis; vel dicitur cui, bonum puta Creaturæ, ac speciatim hominis, ad cujus usum cetera imperfectiora ordinata sunt.

19. Hic intendi nequit, sine providentia & conservatione productorum, quæ per se subsistere haut valent, quod ex se non sunt.

20. Providentia hæc, quæ est excogitatio divini intellectus de mediis conferendis unicuique creaturæ,

4 CAP. I. DE EXISTENTIA & PROVIDENTIA &C.

turæ, quibus finem suum consequatur, insigniter imo enormiter læditur ab Stoicis aliisque, qui, contra conservationem pugnantes, gubernationem simul labefactant.

21. At enim DEUS, primum & universalissimum est agens; Ergo sua causalitas, prout philosophi judicant, se extendit ad omne ens producibile.

22. Jam vero in quolibet ente producto intendit finem, ad quem produxit: Ergo media ad finem, aliter vane intenderet finem.

23. Fit vero conservatio Creaturarum vel per modum instinctus & impetus, uti in inanimatis & vegetabilibus, vel per concessam facultatem physicam uti in homine.

CAP. II.

DE

*Statu Naturali.*

I.

**S**Tatus hominum, qui alias dividi solet in institutum, destitutum seu depravatum, & restitutum, indicat conditionem mortalium extra rempublicam viventium.

2. Hicce status, qui & libertatis audit, haud perperam dicitur vel naturalis vel adventitius.

3.

3. Naturalis duplici iterum venit significatu, puta, sumitur vel in sensu physico ( quorsum refero sexum, ætatem & temperamenta ) vel in sensu morali, qua significatione & Imperantes in statu vivere dicuntur naturali.

4. Hæc itaque conditio hominum, in se spectata, non in ordine ad alios, excludit Respublicas, Magistratus, & per consequens etiam subditos.

5. Jam deficiente lege civili, superest recta ratio, quæ omnes imo singulos docet atque instruit, quid faciendum & quid fugiendum.

6. Et sic fiunt actiones hominum prælucente intellectu & decernente voluntate.

7. Interim non confundi debent præcepta naturalia cum illis, quæ sunt tantum suasionis naturalis.

8. Præcepta enim important necessitatem, suasiones vero libertatem contradictionis & contrarietatis sistunt.

9. Nemini vero in hoc statu præter DEO mortales sunt subjecti atque abnoxii, cum par in parem, seu æqualis in æqualem, nullum obtineat imperium.

10. Omne enim jus præsupponit Imperantem, talis naturali lege non existit; quilibet ergo iudex seu Imperans erit suus, quilibet proprio iudicio decernet, quæ ad conservationem sui erunt utilia & necessaria.

11. Injuria enim, iudicante Pufendorff. dum infertur, aut si alias quid controversiæ oriatur, nemo est, qui pro imperio alterum ad præstanda reparandamque injuriam adigere, litemque decidere possit.

12. Exinde tamen non statim fluit Philosophi Malmesburiensis, ingenii puta acutissimi Hobbi venditatum bellum omnium contra omnes.

13. Ceterum ratione sexus judicant nonnulli; inter masculinum, & sequiorem nullum intercedere discrimen, cui quidem asserto ( quod pace illius sexus dixerim ) suffragari nequeo.

14. Percurre enim orbem ab ortu ad occasum: perlustra mente, quotquot viguerunt regna: ubicunque homines inveneris, ibi continuo prærogativam in rebus tam publicis quam plerisque privatis sexus masculini reperies.

15. Et ita ex solo gentium & populorum suffragio nostrum *ζῆτινα* stabilire videtur, quibus adjungo vulgare istud philosophorum Critirion: Universalis effectus præsupponit universalem causam.

16. Interim ut quisque alterum æstimet atque tractet, ut æque hominem, atque sibi æqualem rectæ rationis est conclusio.

17. Officia vero humanitatis promiscua, aliaque quacunque sub voce venientia, subsequencia, pro ratione instituti, exponent capita.

CAP.

## CAP. III.

DE

*Actionibus Hominum.*

I.

**H**Omo duabus ex substantiis, diversissimis quidem, arctissimo tamen nexu colligatis compositus concernitur, scilicet mente & corpore.

2. Mentem respiciunt Intellectus & voluntas. Corpus vero vegetatio, sensus, locomotiva.

3. Menti præter intellectum & voluntatem nonnulli insuper, ast veritate non perpensa, memoriam subministrant mentalem.

4. Hæc nostra mens vero operatur seu agit vel pure, vel respectu ad corpus.

5. Quo casu triplices facultates formantur & constituuntur: Imaginatio, puta, Appetitus sensitivus & denique memoria sensualis.

6. Vis imaginandi, quæ & phantasiæ prædicato insignitur, sumitur a philosophis vel active vel passive.

7. Sæpe etiam denotat ingenium, significatione puta clariori sumta, vi cujus ingenium illam sub se comprehendit una cum iudicio & memoria.

8. Ceterum actiones, quæ fiunt prælucente intellectu & decernente voluntate imputantur.

9. Imputari vero haut possunt, quæ nec mediate nec immediate a nobis proficiscuntur.

10.



10. Alias ad satisfaciendum legi tria requiruntur: 1) ut scias., 2) ut velis. 3) ut facias.

11. In aliquo itaque adductorum requisitorum si deficiamus, vitium committimus.

12. Scilicet omnium actuum moralium principium productivum voluntas est.

13. Et sic si actionum moralium principale efficiens & proximum consideres, rem totam penes voluntatem esse deprehendes.

14. Alia tamen & plane diversa ratio est motuum primo primorum, qui moralitatis non censentur capaces.

15. Hæc enim omnia voluntatis imperium auvertunt, actiones adeo sua moralitate privant, & sic imputari nequeunt.

16. Hic enim cum natura primas seu principatum teneat, voluntas exulat & cedit.

17. Unde nemo jure tribuit colono sterilitatem agri, aut alteri exprobrat pusillum corpus, distorta membra & hujus generis alia.

18. Neque tamen inficias eo, quod hi actus quandoque imputationi præbeant materiam, circa quam omnino caute & circumspicte agendum.

19. Immunes quoque sunt ab imputatione actiones non voluntariæ quæ omnes imperium voluntatis detrahant.

20. Merito quoque ab imputatione morali excluduntur necessitates fatales, qualem falso obdentebat servus Zenonis.

21. Hic enim cum in furto deprehensus verberibus

bus exciperetur, silentii vincula rumpebat: Fatale mihi erat furari, cui respondit Zeno: & cædi:

22. Neque vero imputantur actiones ab alio patratæ, & commissæ, vel facta aliunde provenientia.

23. Consilium tamen consensus aut jussio, vel mandatum si accedat, recte imputantur.

24. Cui asserto ipsa quoque respondet scriptura sacra, sic Rom. i. v. ult. reperiuntur verba. Digni sunt morte non tantum qui talia faciunt, sed etiam qui facientibus patrocinantur.

25. Exempla vero peculiaris eventus ab ipso Numine denominati invenimus i. Sam. 14, 37. Joh. 7, 11. & 12.

26. Quæ vero per ignorantiam invincibilem patrantur quoque imputari non possunt, cum non prælucente intellectu aut decernente voluntate fieri intelligantur.

27. Imo & ille, cui occasio agendi deest, ab omni imputatione liber est, quod non egerit.

28. Multo minus vero illi imputantur, qui rationis usu destitutus reperitur.

29. Instant vero: Ast puniuntur infantes, qui tamen quid agunt, non liquido dignoscere & ad normam comparare valent.

30. Respondetur vero: non puniuntur nec proprie actus imputantur; sed demum avocantur, ne pravam consuetudinem contrahant.

31. Quæ in somniis vero fiunt recte imputantur, cum, nisi otio & gulæ indulgeatur, nunquam contingerent.

## CAP. IV.

DE

*Intellectu & Voluntate.*

**I**ntellectus est facultas animæ rationalis, per quam homo res intelligibiles cognoscit & dijudicat.

2. Duo vero sustinet munera, quorum prius iudicium, posterius consilium dici solet & consultatio.

3. Communiter tres ei adscribuntur functiones, apprehensio, Conformatio, effectio vel efformatio.

4. Iudicium dicitur & Syllogismus practicus vel conscientia, quam in rectam, probabilem, dubiam & erroneam vulgo, sed minus curate, distinguunt.

5. Intellectus impeditur per ignorantiam & errorem invincibilem, imo per defectum usus rationis.

6. Ignorantia, cujus notionem integre non subit nescientia, simplicem cognitionis negationem subit. Estque vel efficax vel concomitans, & hæc vel voluntaria vel non voluntaria, quæ iterum vel in se talis sed non in sua causa, vel in se & in causa simul.

7. Error ad apprehendendum falsum pro vero sollicitat, comitemque vel malitiam habet, vel simpliciter omnem adhibitam intellectus diligentiam negat.

8. Illo modo vincibilis appellatur, quia eluctari potuisset lumen istud naturale.

9. Invincibilem autem appellari errorem, omnimoda apprehensionis recti occultatio facit,

10. U-

10. Usū rationis suspendunt & sæpe tollunt morbus & immoderata quies.

11. Somno enim enormi nihil perniciosius, nam & obtusiores facit, & corporis proceritatem impedit.

12. Voluntas est appetitus animæ rationalis, quæ fertur in id libere, quod ratio bonum judicat, & averfatur, quod ista tanquam malum apprehendit.

13. Sex diversa voluntatis, in cujus libertate omnis moralitatis positum est fundamentum evincuntur officia: tria nimirum circa finem & totidem circa media.

14. Dicitur vero voluntas primum movens, & ita actum intellectus, quem inquinat, dirigit & inclinat, ut deliberet & judicet præcedit.

15. Vulgo causas moventes duplicis generis faciunt *οἱ φιλοσοφῶντες*, alteras *προηγμένας* s. internas, alteras *προκαταρκτικὰς* s. externas.

16. Sæpe tamen & hanc facultatum dominam suo scil. modo intellectus, consuetudo, affectus, temperamentum, nec non peculiaris ingenii dispositio movent, impellunt, irritant & alliciunt.

17. Neque voluntas undique imperat intellectui, ut cum errat non erret, ut quæ bona sunt mala, quæ mala bona esse judicet.

18. Interim tamen ei non denegatur liberum, licet non se habeat ad omnes imo singulas actiones, prout dedimus in præcedenti capite.

19. Sic non est res voluntatis ut quis generet & respiret, quando & quamdiu velit, neque ejus imperium potest coercere latrantem stomachum.

B2

20. Quod

20. Quod & procedere intelligitur in actionibus hominum animalibus in se spectatis.

21. Ab his tamen excipio actiones appetitus sensitivi, & locomotivæ, in quibus suo modo liberum arbitrium, quod in sensu morali pro libertate indifferentiæ sumitur, conspicitur.

22. Libertatis alias triplices formantur species, quarum prima a servitute, secunda a coactione, & tertia a necessitate interna derivantur.

23. Nec desunt qui adductis tribus adhuc duas adjungunt, nimirum libertatem a miseria, quæ est libertas vitæ nostræ, & libertatem a peccato, quæ est libertas gratiæ, qua liberamur a jugo & servitute peccati, vid. Rom. 8. v. 21. & cap. 6, v. 18. Luc. 21. v. 28. Act. 3. v. 20.

24. Libertas ab interna duplici iterum venit sensu, & dicitur vel exercitii seu contradictionis, vel specificati-  
onis seu contrarietatis.

## CAP. V.

DE

### *Lege Naturali.*

**J**us est voluntas superioris, inferiores ad obsequium obligans.

2. Omne jus aut est divinum aut humanum.

3. Divinum est vel universale vel particulare.

4. Universale est vel Conatum seu imperfectum, vel positivum seu revelatum.

4. Par-

5. Particulare est vel Ceremoniale vel forense.

6. Humanum est vel privatum vel publicum.

7. Jus naturæ, cujus existentiam ut opinor nemo inficiabitur, tripliciter accipi posse supponimus, subjective videlicet, objective, atque formaliter.

8. Revera vero nihil aliud est, quam voluntas divina, rationi hominum connata, obligans quemvis ad officia erga Deum, Semetipsum & proximos.

9. Hæc lex dicitur natura nota, imo cordibus hominum inscripta, Rom. II. v. 15. & 2. Cor. 3. v. 3. & hac promulgationis ratione differt ab jure positivo universali seu revelato.

10. Alias causa, Auctoritate & effectu conveniunt. Fluunt enim ex voluntate DEI, obligant omnes homines, omnes peccantes easdem incurrunt pœnas.

11. Opponunt ratione legis cordibus inscriptæ Paulum Paulo ac quidem Rom. 7. v. 7. C. 3. v. 20. 5. v. 13.

12. Ast omne cadet punctum, si dictamen rectæ rationis non pro principio conato, sed pro medio cognoscen. ti, & pro naturali facultate ratiocinandi (τὸ λογίζεσθαι) sumas.

13. Hæc lex sæpissime decretum Numinis dicitur, quia a voluntate hujus tanquam auctore omnem vim obligandi habet.

14. Si enim jus ex fonte deducendum, deducendum est ab Auctore, qui est Deus T. O. M.

15. Impia hinc ac inepta illorum est sententia, qui statuerunt Jus naturæ obligatum fore, etiam si darent nullum esse Deum. Vide. Novissimum nostrum, programma,

ma, in quo Grotio, hanc opinionem tuenti, satisfactum.

16. Formale legis in obligatione consistit; quæ vinculum juris est, quo necessitate adstringimur alicujus rei præstandæ.

17. Per hoc frenum morale tamen libertati nostræ nequicquam detrahitur, aliud enim est moralis necessitas, aliud coactio.

18. Lex duas habet partes, quarum altera definitiva, altera vindicativa audit, tertia, scil. permissio indifferentium plane constituitur inutilis.

19. Objectum legis naturalis, sunt actiones humanæ, quæ, puta, ab agente libero proficiscuntur.

20. Illud qui quærunt in actionibus ex se & sua natura seu intrinsece bonis vel malis, moralitatis originem non assequuntur.

21. Hi voluntatem divinam excludentes, principium aliquod æternum Deo contradistinctum admittunt, quod turpe & blasphemum dictu.

22. Multo minus vero hujus juris objectum constituunt bruta, quod in illis nulla ratio & sic nullum jus.

23. At obstant loca scripturæ sacræ, Exod. 21. v. 18. Lev. 20. v. 15. Deut. 15. v. 15. 16. vi quorum bruta puni-  
ta fuere,

24. Jam vero commune quoddam & omnium oculis est expositum Critirium: Omnis pœna non nisi propter peccatum irrogatur,

25. Factum hoc fuit, non quod bruta deliquerint, & sic animadversionem gravem incurrerent, sed ne de-  
nuo noceant, & alia ad similem libidinem irritent.

26. Qui-

174

25. Quibus adde : ne scilicet rei admodum nefandæ memoriam haud absque gravi & insigni scandalo refricent.

26. Reperunt hoc in cardine aliqui atque asserunt, spontaneum libero haud contradistinctum competere, imo recte tribui brutis.

27. Concedimus & nos, nullatenus tamen liberum, quando illud opponitur coacto, ex principio externo surgenti, qua ratione sponte bruta agere patet.

28. Status tamen animalitatis nobis cum brutis est communis.

29. In hoc habemus πάντα της Φύσεως, principia & quasi dictamina, quæ per modum instinctus nobis insunt prout animalibus. Instinctus autem non erit jus.

30. Haud vero huc referre possumus res inanimas, ut quæ omni sensu sunt destitutæ.

31. Iam ubi deficit sensus, ibi nec obligatio, nec delictum, nec pœna locum habet.

32. Dividi vero solet hoc nostrum jus in-naturale in specie sic dictum, & jus gentium (quale non datur) imo in primum & secundarium;

33. Superfluum vero esse judicamus, citra necessitatem multas effingere distinctiones, omnia miscentes & implicantes.

34. Circa principium Juris N. cognoscendi tot reperiuntur diversæ opiniones, quot fere sistuntur capita.

35. Aliis arridet recta ratio, die gesunde Vernunft, aliis status integritatis, aliis socialitas, aliis voluntas DEI, imo aliis aliud.

36. In-



57. Interim Naturalistæ circa conclusiones ut plurimum conveniunt, & ita de principio cognoscendi melius sentire quam loqui nobis videntur.

38. Nos in genuino principio, ex quo universum jus naturæ fluat, investigando, non aliud superesse existimamus, quam : Ama te amantes.

39. Hoc itaque nostrum Juris N. erit *περότυπον*, cujus veritatem, evidentiam, proprietatem seu τὸ ἀδæquatam, statim statimque exponemus.

## CAP. VI.

DE

### *Juris Naturæ Immutabilitate.*

**J**US N. quod dividitur ab nonnullis in naturale, das natürlich begreifliche Recht, & naturæ, daß in die Natur gegründete und eingepflanzete Recht, prorsus est immutabile.

2. Cum enim in sanctitate & justitia DEI essentiali fundatum sit, ipsum immutabile esse, atque omnem dispensationem respuere necessum erit.

3. Immutabilitas vero sumitur dupliciter alia ab intra alia ab extra, fitque vel ex parte objecti vel ex parte subjecti.

4. Respectu hujus accidit tum addendo, tum subtrahendo, tum abrogando vel delendo.

5. Immutabilitas hujus juris sequentibus optime poterit depingi ratiociniis vel conclusionibus.

6. Quid

6. Quod cunq; jus immutabile habet objectum, illud ipsum quoque immutabile est. Atqui verum est prius ergo posterius.

7. Major per se est clara, quia in practicis ex objecti ratione semper concludimus, imo quicquid in naturalibus est forma rei, id in moralibus est objectum.

8. Minoris propositionis seu medii termini difficultas facile tollitur, si modo objectum prout decet deprædices.

9. Porro: Si voluntas DEI non potest mutari ab intra, sequitur, nec definere ipsum jus naturæ posse, quod ab eodem seu ἐκτύπωμα dependet; verum est illud ergo & hoc.

10. Major propositio sua radiat luce, nam quale est ἀρχέτυπον tale est ἐκτύπωμα ex illo expressum. Minor nihil obtinet difficultatis.

11. Denique. Si I. N. mutabile esset ab extra, mutari posset vel ab homine, vel ab ipso Deo, ast neutrum dicitur, nec accedit tertium.

12. Majori sua constat certitudo. Minor patet, quia mutatio non fieri potest ab inferiore, & altero casu, oblationem sanctitatis divinæ, nec a superiore vel DEO.

13. Non immutare vero solum DEUS, sed ne dispensare quidem potest circa legem naturalem.

14. Dispensatio enim proprie sumpta dicit approbationem actus, qui adæquate & secundum omnes suas conditiones est contra legem.

15. Jam vero si dicto modo DEUS in lege naturæ dispensaret, procul dubio approbaret, & permetteret peccata, quod absolum.

16. Reperiuntur tamen casus in codice sacro, qui imaginem mutationis alicujus præ se ferre videntur.

17. Sic enim clara & perspicua homicidii perpetrandi ratio occurrit Gen. 22. v. 2. ubi Deus imperat Abrahamo, ut filium suum unigenitum occideret.

18. Imo ipsis Israelitis Exod. 11. v. 2. jubet atque præcipit, ut vasa aurea atque argentea ab Aegyptiis commutato accepta secum auferrent, & ut alia taceam.

19. Quoad casum primum notes, licuisse Abrahamo occidere filium, non quod homicidium sua culpa perpetraret, sed qua homicidium non erat.

20. Licebat quoque Judæis vasa Aegyptiorum auferre, quia ipsorum erant, postquam sententia DEI, in cujus manu est transferre dominia rerum, a quo in quem vult, iis concessa erant.

21. Regerunt aliqui, nonne I. N. mutatio est, si filio permittatur patrem occidere, qui ad delendam patriam venerit, per. l. maxime 35. ff. de religios. & sumt, cum tamen nihilominus pater maneat?

22. Elicitur vero omnis dubitandi ratio hoc modo: Quoties duo præcepta I. N. concurrunt, quorum utrumque in hypothesi servare nequit, toties minus forte cedit fortiori.

23. Fortius itaque hoc in cardine erit, servare totam & universam rempublicam, quam vitam condonare patriæ proditori.

CAP.

CAP. VII.

DE

*Theologia Naturali.*

**D**EUM existere non solum, sed & providam Creationis mediatae, ex nihilo privativo, *παχηνλως* non profus negativo, factae curam gerere, supra probavimus.

2. Hocce Numen, quod justum est in omnibus viis, & sanctum in operibus suis. 2. Sam. 23, 3. Exod. 9, 27. Pf. 145, 17. & 37. sibi concipit ratio, imo ejus providentiam mundum conservare intelligit.

3. Est autem Theologia Naturalis nihil aliud, quam habitus quo homines sibi relictī, sive intra sive extra Ecclesiae pomeria, ad unum omnes existentiam Dei, quaedam ejus attributa, & quod cultum creatori debeant vovere, sed imperfecte cognoscere possunt naturaliter.

4. Non tamen defunt qui Religionem naturalem negant, uti fecit Theodorus *αὐτοσος*, Ostoradus, Zeifoldus, & per plures alii, quos adducere operae pretium non aestimamus.

5. Distinctione vero facta, inter malitiosam Numinis negationem, & puram ejusdem ignorantiam, omnis tollitur controversia.

6. Non enim, prout Romulus judicat, videndum quid Romae fiat, sed fieri debeat. l. 12. ff. de offic. Praef.

7. Accedit: multa sciri posse, quae communiter negliguntur.

C 2

gliguntur, partim corruptione nativa, partim mala educatione, partim consuetudine vitiosa, prout conqueritur Paulus ad Rom. 1, 20, 21. & 1. Cor. 5. 1.

7. Ipse quoque Seneca Ep. 41. asserit: res facillima est, secundum naturam vivere, h. e. lucem rationis recte excitare & colere, ast hanc difficilem reddit communis hominum infania.

8. Nos Notitiam Dei ἐμφύρον naturalem, seu τὸ γνωστὸν τῆ Θεῆ constanti animo defendimus, imo hoc inficiari, esse non modo ἀντίγραφον καὶ ἀδεόλογον, sed & ἀφιλόσοφον tuemur.

9. Nulla enim nobis in præsentiarum res est cum notitia divina relativa, quidditativa actuali & potentiali, quas cognitiones merito aliis relinquimus.

10. Neque sermonem facimus de θεογνωσία naturali in statu integritatis tali, sed de notitia post lapsum protoplastorum in natura corrupta, quæ se habet per modum παιδαγωγίας.

11. Hanc vero θεογνωσίαν habitualem petere possumus, partim ab naturali existentia rectæ rationis, partim ab existentia notitiæ acquisitæ, partim ab interno conscientie testimonio.

12. Imo utilis est quoad utilitatem pædagogicam, arg. Rom. 1, 20, quoad didacticam 2. Cor. 10, 5. imo quo ad Pædeviticam, secundum Galovium.

13. Versatur vero hæc nostra naturalis Theologia partim circa cultum Divini Numinis internum, partim circa externum.

14. Cultus Divinus internus absolvitur in ejus honore,

nore, & veneratione, quæ jubet, ut eum amemus, in eum speremus, ejus voluntate acquiescamus, eum timeamus, imo denique ei obsequium præstemus.

15. Cultus divinus externus, qui fundatur in invocatione, & gratiarum actione, prorumpit in laudes externas, & in celebrationem effunditur.

16. Insuper vero non nisi caute atque circumspecte de Deo loquendum.

17. Quia in re Ciceronem differentem salutamus, quando inquit: Nemo de Deo profane loquatur, nec ore, nedum ex animo contra Deos disputet.

18. Ipsi vero pagani, testante Sophocle, ad Majestatem suam divinam ore celebrandam, a superioribus excitati fuerunt.

19. Cum vero Numen hominem prorsus immeritum, tam variis, tantisque insignibus donis mactare haud indignatum fuerit consequens est, ut amorem hujus benignissimi Numinis habeamus.

20. Et sic principio nostro cognoscendi, quod sonat: ama te amantem: omni modo erit satisfaciendum.

21. DEUS nos amore ineffabili prosequitur, ergo vicissim diligendus maximopere venit; postulat enim ratio, ut amor amorem, gratiam gratiarum actio, beneficia studium in vita & actionibus Benefactori complacendi insequatur.

22. Ceterum quid sit Deus ratione essentiali, nulla ratione vel ex Lumine naturæ, vel ex principiis, sive rationibus philosophicis, ne quidem ex minima particula disci aut cognosci potest. Verba sunt B. Hutt. loc. Theol. p. 91.

23. Per esse demum, cum tamen esse in Deo non sit, & extra Deum non sit aliud esse, nec sit commune cum aliis, nec in eodem esse & essentia distincta sint, a nobis intelligitur atque concipitur.

## CAP. VIII.

DE

### *Officio Circa Se Ipsum.*

**P**ost cultum divinum natura ita comparatum est, ut quisque mortalium sui conservationi studeat maximopere.

2. Hoc exoptato evenire videtur, si quis vitam acceptam variis multisque modis ac mediis in longum producere solícite contendit,

3. Maximopere enim iniqui sibi existunt illi, qui sui curam gerunt nullam, nec, qua ratione vitam suam protrahant, quicquam pensi habent.

4. Hic si velis investigare officia tibi debita, confideres, quis primo in te se exerat amor tenerrimus ac vehementissimus.

5. Hoc modo deprehendes te ipsum tibi quam maxime commendari, ac quidem secundum proverbiale axioma: πάντα κατὰ τὴν φύσιν.

6. Ama itaque te amantem, h. e. cum amor tibi, etiam citra omnem ratiocinationem, per naturam sit injectus, ergo te amore prosequi non desine.

7. A.

7. Amor vero *κατὰ φύσιν* sumtus sine conservatione vitæ obtinere nequit, hinc proxime concludendum: te ipsum prudenter conserva.

8. Cum vero vita hominis fit triplex, rationalis, sensitiva & vegetativa, hinc præstantior præferenda venit minus præstantiori.

9. Quoties enim duo conservationis præcepta invicem concurrunt; toties minus forte cedit fortiori.

10. Nostrum vero principium naturæ cognoscendi omnem repellit autochiriam, illamque ut prohibitam atque illicitam sistit & agnoscit.

11. Nemo enim sibi ipsi vitam dedit, minus itaque recte abruptit, sed expectandus ultimus a Deo denominatus, & determinatus vitæ exitus s. finis.

12. Accedit; quod nemo propriam carnem odio prosequi possit & valeat. arg. Epist. ad Eph. 5. v. 29.

13. Quod procedere non videtur, si jussu divini Numinis fiat, quo casu ab omni *ἀνομιαν* crimine quis merito absolvitur.

14. Neque huc referendos existimo illos, qui vel mente capti, vel furore agitati, vel atræ bilis angustiiis pressi, manus sibi violentas inferre conantur.

15. Hi enim quicquid agunt, non prælucente intellectu & decernente voluntate, sed corruptione cerebri, atque sanguinis faciunt, & sic ab omni imputatione morali liberi censentur.

16. Sed quid vere de summo corporis dolore atque ineffabili cruciatur differendum erit, nonne hicce, salvis honestatis regulis proprium suadebit, & videtur quod sic.

17. Non



17. Non enim video, quid, frustra tranquillitatem anhelantem impediatur, quo minus concludatur: Satius esse non-existere, quam existere miserrimum; satius esse, carere vita, quam possidere vitam omni morte duriorum.

18. Nec peccant contra jus naturæ qui mortem potius præ crudelissima servitute eligendam existimant. Cui conclusioni non refragantur historiæ sacræ, 1. Sam. 31, 4. 2. Maccab. 14, 37. cui adde Job. 3, 12.

19. Recte etiam in statu naturali læsio per violentiam, quæ in sacris literis admodum damnatur Ezech. 46, 18. Matth. 11, 12. & Luc. 17, 19. repellitur.

20. Summa enim, secundum vulgatissimum illud, est injustitia violentiam inferre, alienisque pasci.

21. Ipse Cicero in oratione pro Cæcin. clare id testatur, quando ait: Nihil tam juri ac legi contrarium est, quam quicquam per vim agi.

22. Violentia alias haud perperam dividitur in ablativam, expulsivam, turbitivam, inquietativam, compulsivam, publicam & privatam, de quibus suo loco me differuisse recordor.

23. Repellere vero, & prosequi lædentem, donec de omnibus cautum & satisfactum sit, non solum licet pro vita & membrorum incolumitate, sed & pro avertendo & declinando quovis malo.

24. Imo moderamen inculpatæ tutelæ etiam in brutis spectatur atque concernitur. Ubi enim est defensio, ibi utique moderamen, quia sine moderamine defensio non est, sed offensio & ultio,

25. Ar-

25. Ardua vero est quæstio, quæ ingenia Naturalistarum miris modis vexavit: An nimirum casu existenti filius patrem necare posset?

26. Pone patrem verberando limites excessisse, filiumque in eas angustias redigisse, ut plane aut mori, aut pro tutela vitæ & corporis parentem interficere cogeretur.

27. Existimarem propriam charitatem pietati & reverentiæ paternæ esse præferendam: Imo expirat *περίοικον* nostrum: ama te amantem.

28. Omnis enim amor incipit a se ipso, & respectus uniuscujusque habendus ad semetipsum.

29. Imo videtur evitando parricidium non dolosum, patrare propricidium culposum, & sic offendere DEum ob generalitatem textus Exod. 20. v. 13.

30. Nec fugere quis tenetur in statu naturali, quia gladium ad occidendum insidiatorem ipsa porrigit ratio, & sic fugam veluti turpem detestatur.

31. Cui enim non patet, incertissimum fugæ esse eventum? imo insultatum effici audaciorem? Qui enim injuriæ illatæ non resistit, novam accersit & invitat.

32. Ebrietatem vero quod attinet, illa non solum conservationem seu officia erga se ipsum debilitat, sed & contra jus positivum & revelatum currit.

33. Quantum exinde divino Numini sit tædium, passim textus, qui in Sacro Codice reperiuntur, comprobant atque testantur.

34. Luxuriosa enim res vinum, & tumultuosa dicitur ebrietas, quicunque his delectatur non erit sapiens. Salam. prov. 20. v. 1. Esa, 5. v. 11. Luc, 21 v. 34. deniq; 1. Cor, 6, v. 10.

D

35. Iphis

35. Iphis quoque gentilibus tantam hocce crimen tribuit nauseam, ut Cicero honestatis fontem ex sola temperantia atque a nimio potu abstinentia deducere fategerit.

## CAP. IX.

LE

### *Officio Hominis Erga Alios.*

**S**ocietas dividitur in simplicem & compositam, hanc civilis, illam naturali nomine salutamus, in qua & nos acquiescimus:

2. In hoc statu omnes sumus æquales, & nullus præ altero prærogativam quandam obtinet.

3. Quod procedit, etiam si quis alterum ingenii agilitate, corporis firmitate, opibus aliisque sive mentis sive corporis bonis antecellat.

4. Cum enim infiniti casus bona ista nobis auferre valeant, nulla ratio superest, cur alius præ alio eminere velit. Philipp. 2. v. 4.

5. Imo qui eminentiam aliquam sibi vindicat in certa qualitate, sæpiissime in alia atque diversa palmam victoriamque offerre tenetur.

6. Expediti itaque juris est, unumquemque æquali gaudere jure, imo quæcunque velit pro arbitrio suo dirigi posse.

7. Negari tamen nequit liberum hocce arbitrium,  
propter

propter varia impedimenta, affectuum scil. perversorum vehementiam, concupiscentiæ vim, & reliqua obstacula, comprimi, atque impediri.

8. Quod tamen libertatem non tollit, sed demum de obstaculis, & quidem actus voluntatis secundi atque imperati capiendum. Et hæc quidem *ὡς ἐν τῷ πῶ*.

9. Jam vero lex naturæ obligat hominem qua talem, i. e. citra respectum status cujusdam adventitii, ergo ea singuli æqualiter tenentur.

10. Necessè itaque est, referente Buddeo, ut quisque alterum æquali jure frui patiatur: Ut qui aliorum opera ad suum commodum uti vult, idem illis præstare non recuset; Ut qui aliquid inter æquales distribuere debet, neutri præ altero indulgeat.

11. Æqualitas alias sumitur vel in sensu naturæ & essentiæ de qua suo loco, vel libertatis & potestatis.

12. Huic æqualitatis tessera se refractario animo opponit superbia, contumelia & læsio.

13. Quoad officia vero erga alios dictamen rectæ rationis concludit: Socialiter esse vivendum.

14. Socialiter vero vivere vix valemus, nisi absolutum præsupponamus officium, nimirum: Neminem læde.

15. Læsiō, cujus effectus est damnum, variis atque diversis modis fieri intelligitur; Fitque vel in corpore, vel in bonis, vel fama.

16. Læditur aliquis in corpore per verberationem, fugitationem, & denique per cædem seu interitum.

17. In bonis vero læditur quis per rapinā, furtum, versuti-

am, corruptionem. Et in fama per calumnias virulentas aliosque carpendi modos.

18. In summa, lædit quis alios, qui talia erga illos committit, quæ viceversa ab iisdem expectare detrectaret vel qui sibi plus juris, quam aliis sibi æqualibus tribuit.

19. Jam quod tibi non vis fieri alteri ne feceris, h. e. secundum nostrum principium non fiendi vel effendi, sed cognoscendi: Ama te amantes.

20. Alterum vero qui adductis aliisque modis violat & lædit, tenetur ad restitutionem damni illati.

21. Restituere vero nihil aliud est ac in pristinum statum reducere, imo damnum illatum reparare, & resarcire.

22. Damnum, in sensu generali sumtum, omnem denotat læsionem, sublationem & interceptionem.

23. Qui itaque commemoratis aliisque modis læsus, eum in statum iterum venit collocandus, in quo futurus erat si nullum accepisset damnum.

24. Frustra enim lex naturæ læsionem prohiberet, nisi restitutionis obligationem lædenti simul imponeret.

25. Imo restituendi recusatio, non nisi continuata læsio audit. Exod. 22. v. 1. Levit. 6. v. 1. Num. 5. v. 5.

26. Hinc elegantissima sunt verba, quibus Samuel, cum abdicaret se Reip. administratione, Populum Israeliticum allocutus fuit, & quæ reperiuntur 1. Sam: 12. v. 3. Cui add. Luc. 19. v. 8.

27. Exceptionem a regula facere dicuntur, ignorantia invincibilis & involuntaria, impossibilitas absoluta,

luta, necessitas extrema, & denique condonatio libera &c.

28. Ceterum eum naturaliter justum, ex communi loquendi formula appellamus, qui officia, prout dedimus, humanitatis, & beneficia alteri exhibet, imo quemcumque jure suo uti fruique patitur tranquille.

## CAP. X.

DE

*Jure Circa Pacta,*

**P**actum mihi nihil aliud est, quam duorum vel plurimum in idem placitum consensus.

2. Effectus pactorum est translatio Juris nostri mediante consensu instituta.

3. Consensus, qui audit vel expressus vel tacitus vel præsumtus, declaratur per signa, verba, facta, gestus.

4. Promissio triplici effectu venit, & dicitur vel assertio, vel pollicitatio, vel perfecta promissio.

5. Ultimo modo obligamur *προαφεινής* h. e. cum de liberata mente ac prærefi.

6: Nimirum, si quis negligens rerum suarum æstimator fuerit, ab imputatione non liberatur.

7. Nec enim cæco impetu negotia sua gerere prudentis est, sed potius cognitione naturali suas suffulcire actiones conducit.

8. Ad pacta vero qui requiritur consensus, impeditur partim intuitu intellectus partim voluntatis.

D 3

9. Re-

9. Respectu intellectus impeditur per ætatem, per furorem, & per ebrietatem.

10. Non enim potest cum efficacia promittere infans, cum nec scribere aut obligationis vim capere valeat.

11. Imo etiamsi scribere aut loqui possit, nondum tamen pleno & absoluto rationis usu gaudet.

12. Quod ipsum procedit in ebriis & furiosis, qui nullam omnino rationis vim habent, imo ad quidvis gerendum sunt inepti, die Toll sind, rasend.

13. Quibus tamen mente capti minus recte æquiparantur, utpote qui in confinio furoris & sanæ mentis sunt constituti l. 6. C. de Curat. Fur: & ad officia communis vitæ mediocriter sufficiunt, die albern oder blöde seyn.

14. Haud vero error impedit obligationem, quo minus conventioni satisfiat.

15. Non enim video cur error alii, qui ei nec dolo nec culpa obnoxius factus, magis debeat imputari, quam mihi metipso.

16. Nec etiam dolus tertii præjudicat aut conventionem impedit.

17. Quid itaque ad eum, cum quo contraho, an error meus ex me ipso, an a tertio ortum originemque ducat?

18. Ratione vero voluntatis oriri impedimentum credunt ex coactione & metu.

19. Actio metus causa suscepta minus recte refertur ad classem actionum mixtarum, utpote quæ natura non existit.

20. Et

20. Et sic illud quod promissum fuit aggressori violento, Siciariis, Piratis, & hujus sortis reliquis, re ipsa etiam præstandum venit.

21. Ille enim qui majoris mali metu aliquid promittit, προαιρετικός promississe censetur.

22. Quod ampliatur, si ultra promissionem latroni factam, accesserit juramentum.

23. Consultius enim est auri argentique jacturam facere, quam Supremum Numen vindicem & ultorem nominare.

24. Nec minoris æstimare oportet animæ salutem quam bona fragilia & caduca.

25. Haud vero me movet canon juridicus, Pragmaticorum turbis admodum gratus qui existit: Juramentum sequitur naturam actus.

26. Ceterum in statu adventitio principes æque obligantur hoc jure.

27. Imo hi magis obstringuntur, quia fidem fallere grave est gravibus, gravioribus gravius, & gravissimis gravissimum.

28. Hinc Carolus V. inductu B. Lutheri generoso rumpit ore: Etiam si fides toto terrarum orbe exularet, tamen apud Imperatorem immaculata manebit

29. Cui respondet vulgare istud ἀπόρρημα. Privus si falsa loquatur, criminis est; quod si princeps blasphemia summa est.

Cap.



## CAP. XI.

DE

*Jure Circa Sermonem & Juramenta.*

**O**mnium pactorum atque promissionum instrumentum est sermo.

2. Hominis scil. intentio atque proæresis alteri sine signo innotescere nequit.

3. Medio hinc aliquo opus, vi cujus animi nostri sensa atque desideria communicari possunt.

4. Hoc ipsum vero non nisi per sermonem, seu sonum hominis articulatum fieri posse judicant.

5. Sane enim, sic volente Budd: nullus esset sermonis usus, si quisque pro lubitu quodlibet vocabulum, ad rem quamlibet denotandam, adhibere vellet.

6. Haud tamen ventum colligunt, qui contrariam sententiam amplectuntur, imo cupiunt, societatem quandam etiam citra sermonem in mortalium cœtu vigere posse.

7. Rationes enim horum, quas adducunt, ita sunt comparatæ, ut ferme fidem nostram atque assensum mereantur.

8. Ipse Plinius l. IV. c. 30. Hist. Nat. hæc quoque tueretur mœnia, dum fatur: Quibusdam Aethiopiæ populis pro sermone nutus sunt motusque membrorum.

9. Cui ex recentioribus suffragatur Joh. Bulvv. qui peculiaribus tabulis demonstrare conatus fuit, qua ratione per manus mentis significationes indicare possint.

10. Pal-

10. Palmam tamen nihilominus inter hæc signa sibi vindicat lingua, imo, primarium loquelæ nostræ instrumentum audit.

11. Affectiones sermonis sunt : veritas, falsitas, obscuritas, claritas & absentia.

12. Veritas, & falsitas logica vel metaphysica non, bene vero moralis existit.

13. Moralis veritas non nisi convenientia est sermonis externi cum interno mentis instituto.

14. Interim vero natura nulla vox articulata certam rem denotat, sed ex arbitraria impositione.

15. Solent autem mortales sermoni in alicujus enunciationis majorem fidem, firmamentum aliquod adde-  
re jurejurando.

16. Hoc juramentum fit invocatione Divini Numi-  
nis, quæ est vel explicita vel implicita.

17. Imo Jus jurandum sumitur vel proprie, vel im-  
proprie, ac quidem hoc modo arg. Deut. 30, 19. 2. Reg.  
2, 4. 1. Cor. 15, 31. per gravem aliquam obtestationem.

18. Quamvis autem juramentum non in se sit malum, &  
jure divino morali ac positivo Universali permissum,  
Exod. 22. v. 11. Deut. 6, v. 13. Jerem. 12. v. 16. non tamen  
temere jurare licet.

19. Imo inductu juris Revelati plane jurandum non  
est, nisi necessitas & justa causa illud exigit atque requi-  
rit. Exod. 20. v. 7. Lev. 19. v. 12. Deut. 5. v. 11. & 25. v. 23.  
Jes. 45, v. 65. Matth. 5, v. 33:

20. Peccant tamen qui plane juramenta non admit-  
tunt, prout faciunt instar Essen: Basilian: & Manichæo:  
Sociniani ac Anabaptistæ, imo frustra urgent loca Co-

E

dicis

dicis facri. Esa. 66. 1. Act. 7. 49. Matth. 5. 34-35. Jac. 5. 12.

21. Fallaciam hi committunt accidentis. Minime enim propter rei per se bonæ abusum res tollitur.

22. Imo, sic judicante Augustino, non jurare sed pejorare crimen atque reatus est.

23. Cum vero juramentum sit actus religiosus, consistens in invocatione Numinis Div. per creaturas jurare non licet. Jer. 5. 7. Matth. 5. 34. Joh. 35. 6. Rom. 1. 2. Cor. 2.

24. Tolerabilior tamen erit superstitio per fidera, quam instar Ægyptiorum per allium & cepas, jurantium, arg. Sap. 13. v. 6. & 10.

25. Omne vero juramentum legitimum, uti concludunt οἱ φιλοσοφῶντες, tres obtinet comites, veritatem scil. justitiam, & Judicium.

26. Et cum causa juramenti proxima sit voluntas jurantis, frustra excipitur: Jurata lingua est, mente juravi nihil.

27. Obligatio enim naturalis juramenti effectus est ipsi conatus.

28. Ceterum juramentum dispesci solet in assertorium, promissorium & comminatorium, imo in absolutum & hypotheticum &c.

29. Quæ vero de juramento coactione & metu extorto in capite præcedente monui, hic repeti merentur.

30. Nec non naturaliter obligat juramentum hosti datum, quod ipsum etiam approbat Scriptura S. Exod. 20. 7. Devt. 5. 11. Zach. 5. 4.

31. Imo male audiunt Simeon & Levi, ob fidem | Si-  
chemit: datam & non servatam. Gen. 49. v. 5. 2. Par.  
36. 17. add. 2. Reg. 3. 5. & 17. 4.

## CAP. XII.

DE

### *Jure Circa Dominium & Pretium.*

**P**Ræcepto Dei nititur Dominium, sancitur auctori-  
tate Parentis primi, in posteros demum non inter-  
rupto ordine Noachi assignatione transfertur.

2. Homo enim procul dubio periret, nisi auxiliis ex-  
ternis uteretur.

3. Et sic voluit Legiskator divinus, ut creaturis ad ejus  
usum productis fruatur. Gen. 1. 2. c. 4. 2. c. 9. 1. c. 10. 5.

4. Errant hinc Pythagorei, Turcæ, Sinenses, & o-  
mnes, quos opinio *μετεμψυχώσεως* invasit, quod pecus inno-  
cuum interficere nefas arbitrantur.

5. Abusum tamen creaturarum Deus non tolerat, sed  
cum fame aliisque malis punire solet.

6. Hinc asserente Dn Beyero, & minimi vermiculi de-  
structio, propterea tantum suscepta, ut cruciatuum a-  
spectu delectemur, despectum Creatoris involvit. 1. Cor.  
9. v. 9.

7. Imo licet non peccatur contra producta, utpote  
quæ omni moralitatis fundamento destituuntur, pecca-  
tur tamen contra Creatorem, cujus contemptus abusu  
creaturarum inferiorum præditur.

E 2

8

8. Concessum a Deo dominium, vel rectius facultas, summam potestatem eorum continet, quæ in terra, aère ac mari reperiuntur.

9. Qui enim in terra possessionis modus a Deo nobis est relictus, idem reperitur in mari.

10. Et quidem æquali omnes gaudemus jure rebus creatis utendi.

11. Quod jus nuncupari solet, communio negativa, talis nimirum, quæ neminem mortalium removet ab rerum creatarum usu.

12. Audit & communio privativa, negans scil. omne dominium, proprietatem atque communionem positivam.

13. Talis communio non erat inter Christianos Actor. 4. 32. utpote qui barbaros vel gentiles excludebant & respuebant.

14. Nec erat inter ipsos arg: Act. 5. 4. ubi in hanc sententiam abit Petrus: Nonne manens tibi manebat:

15. Putat nimirum: integrum tibi est conferre bona, ob metum rapinæ, in commune, vel non.

16. Interim dominium rerum introductum fuit ob ingenii humani malitiam.

17. Modi vero acquirendi dominii sunt vel originarii vel derivativi.

18. Illi sunt: occupatio, accessio, usucapio.

19. Occupatio est apprehensio rei, quæ vel actu nullius vel alicujus. arg. l. 35. ff. de O & A.

20. Accessio est acquisitio emolumentorum rei nostræ.

21. Usucapionem vero & modos transferendi dominium, imo reliqua quæ huc spectant peculiari tractatu qui inscribitur (jamque sub prelo est) De Jure Civili, Jus naturæ determinante, exponere constitui.

22. Jam vero post introducta rerum dominia, permutatione, ob indigentiam qua premebantur, opus erat,

23. Hæc rerum vel factorum permutatio commode sine æstimatione fieri non poterat.

24. Atque sic necesse erat, ut rebus assignetur quantitas moralis.

25. Dividi vero rerum pretia solent in vulgaria & eminentia.

26. Vulgare haut fundatur in quantitate naturali, sed præsupponit fundamentum morale.

27. Pretium eminens consistit in nummo, qui aptissimus in commerciis censetur.

28. Materia hujus pretii debet esse rara, æstimabilis, & durabilis seu substantiæ solidæ vel compactæ.

29. Cui usui convenientissime inserviunt metalla rariora aurum, argentum, aes.

30. Interim in summâ necessitate, utpote quæ non habet legem, & nummi plumbei vel ferrei introducendi veniunt.

Cap. XIII.

DE

*Jure Circa Societatem Conjugalem.*

**M**atrimonium est societas maris & feminae, procreandæ sobolis gratia instituta.

2. Hoc conjugium statim post hujus orbis incunabula occœpit, ac quidem juxta divinum illud Numinis effectum: Non conducit homini esse solum. Gen. 2. Ecc. 4. 8. 9. 1. Tim. 2. 13. 1. Cor. 11. 8. Eph. 4. 24. Col. 3. 10. Jac. 3. 10. Matth. 19. 4.

3. Sanctitas hujus status conjugal<sup>is</sup> vel ex eo colligi potest, quod ex tanti Auctoris instituto ortum traxerit, cuius sapientiam, & in disponendis rebus humanis arbitrium omnes mortales admirantur.

4. Quia vero Jus naturæ matrimonium intendit non prohibendo sed potius præcipiendo; igitur procul dubio etiam observabit illum obligandi modum, quem communiter legibus affirmativis in genere adscribere solemus.

5. Obligantur scilicet homines naturali lege ad matrimonium ineundum non ad semper, sed tantum justa præsentē occasione.

6. Nec ullæ requiruntur solemnitates, quæ ex constitutione ecclesiastica introductæ, ut publice de matrimonio constaret, ac simul caveatur, ne per privata conjugia jura aliorum lædantur, ac civitas inquietetur.

7. Finis conjugii primarius erit procreatio sobolis, per quam conservatur genus humanum, imo fere fit immortale.

8. Aliis libidinis arridet restinctio, ac quidem ex ore Apost. 1. Cor. 8. 9. sed minus recte, cum hujus ductu primitus institutum non sit.

9. Omnis enim libido, quæ corporis sanitati, mentis internæ quieti, vel aliis bonis humanis officit, turpis, nociva

civa imo bestialis audit, quo quæso jure, finis meretur dici matrimonii primarius.

10. Quod tamen procedere non intelligitur eo casu, quo libido sanitati promovendi inservit.

11. Recte vero concludit Per-Illustris. Dn. Thomas, scil. eam conjunctionem, quæ non fit propagandæ sobolis gratia, pro societate conjugali habendam non esse.

12. Et sic omnes reliqui fines, ob quos quis matrimonium subit, erunt accidentales, cum & ab aliis obtineri possint.

13. Præstat vero, secundum divinum oraculum, conjugium cælibatui, Gen. 29. 31. & 30. 13. imo conjugatis præmia decernuntur, Deut. 20. 7.

14. Suo tamen modo cælibatus non minus ac matrimonium Deo approbatur, Ef. 56. 34. 1. Cor. 7. 32. 34. Matth. 19. 11. 12.

15. Numerus personarum, vinculo matrimoniali conjugendarum, non determinatur jure naturæ, hinc Polygamia erit admittenda.

16. Non vero polygynia solum, sed & Polyandria in hoc jure, cum eadem adsit ratio, approbatur, nec requiritur, ut omnis profapia ab certo descendat patre.

17. Ad moralitatem si provocet, nihil ibi turpe, ad quod fugiendum homo a J. N. obligetur invenies, & sic non apparet quomodo illa possit pugnare cum J. N.

18. Quicquid enim finem juris non lædit vel plane tollit, illud non est contra jus.

19. Imo si polygamia læderet legem N. Dei mandatum Deut. 25. 5. & 2. Samuel. 12. 8. injustissimum foret dicendam, quoniam præcepisset contra legem, in qua tamen ipse dispensare non potest.



20. Quod vero illa hodie in usu non sit, nec introducenda in nostris politiis, facit lex revelata, quam quisque nostrum observando venerari debet. Gen. 1. 27. & 2. 24. Matth. 19.

21. Atque hac ratione & autoritas Patriarcharum, & polygamiae pravitas optime salvatur, si dicamus, dispensasse ibi Deum, quatenus casta illa Patrum Polygamia juri positivo non naturali contrariabatur.

22. Et hinc in ipsis sacris leges quaedam connubialis polygamis præscribuntur. Lev. 18. 18. & 20. 14. Devt. 21. 15. 2. Chron. 24. 2. 3.

23. Quod vero hætenus differuimus de polygamia, id etiam procedit in lenocinio, cum quisque suo juri recte renunciare valeat.

24. Nec incestus, sive in linea recta sive obliqua, J. N. repugnat.

25. Prohibitus vero conspicitur in Jure Universali propter occasionem, quam in statu lapsus ob hominum incontinentiam infinitis pravis libidinibus & congressibus præbet permissio ejus.

26. Reclamare tamen videtur textus. Lev. 18. 24. Ne polluamini vos in iis omnibus, in quibus sese contaminatae fuerunt gentes, quas ejeci. 2. Reg. 7. 15.

27. Non vero sequitur, legem aliquam a Gentilibus observari debuisse, ergo eandem esse legem naturæ.

28. Imo Deus præcipiendo ut genus humanum multiplicaretur, voluit, ut Cain, ejusque fratres & sorores jungerentur, quod vero nunquam jussisset, si juri N. talis conjunctio repugnaret. Gen. 20. 12. Devt. 25. 5. seq. 2. Sam. 13. 13.

29. Quod autem hodie abhorreatur a conjunctione cum parentibus vel liberis nostris, causa videtur esse prohibitio ista severissima Lev. 18. quæ a teneris ungviculis nobis innotuit.

30. Opponunt verò pudorem, qui se exerit adversus illos, quibus reverentiam exhibere debemus.

31. Verum si reverentiam, quæ remissibilis est, pudori demas, nihil difficultatis supererit.

32. Absurdum enim non est, si parentes reverentiam sibi debitam liberis jam tum adultis remittant, & cum iis honestam contrahant familiaritatem. Thomaf. 1. 3. c. 2. §. 232. seqq.

33. De Sodomia, quæ admodum prohibetur Exod. 22. 19. Lev. 20. 13. & 15. Deut. 27. 21. Rom. 1. 27. 1. Cor. 6. 9. utrum non simile sit dicendum non conveniunt inter se Naturalistæ.

34. Plerique tamen principium demonstrandi ex S. Scriptura depromunt, & ita *μεταβασιον εις αλλο γένος* committunt.

35. Nos in re tam ardua judicium nostrum merito suspendere, quam in rationem, analogiam fidei vel orthodoxiam impingere malumus.

36. Divortia verò, non per pacta exclusa, Juri nostro non repugnant.

37. Est enim de Jure naturali paciscentium voluntati relictum, an se velint in perpetuum, an ad diem, an æqualiter, an secus obstringere.

38. Imo repudia in Repl. Judaica liberrima erant, & etiam levissima de causa, imo interdum plane nulla & e solo odio fieri poterant Deut. 24. 1.

39. Ditto tamen repudii libello integrum erat mulieri ad secunda pergere vota, ibid. v. 22. vid. tamen Ezech. 44. 22. Lev. 21. 7.

40. Ex jure novi fœderis, pristinam in divortendo ab Ebreis usurpatam temeritatem, imo frivolam uxorum dimissionem abrogatam esse plurimi sentiunt.

41. Imo, præter fornicationem Matth. 5. 32. & 19. 9. & malitiosam desertionem 1. Cor. 7. 15. 1. Tim. 5. 8. nullam solvendi matrimonii licentiam esse relictam, concludunt.

42. Dubia tamen admodum hæc interpretatio existit, si fundamentum hujus asserti ex fonte vel textu authentico petere velimus.

43. Ibi enim generalis terminus *λόγος πορνείας*, cui voces respondent Ebreæ *ערוּרָה רבֿ* non adductas demum causas, sed & alias contra fœdus conjugale currentes intelligit atque innuit.

44. Ceterum jus repudiandi non competebat uxori sed solum marito Marc. 10. 12. 1. Cor. 7. 10. 15. Matth. 19. 9.

45. Imo congressus a marito extra conjugium factus, adulterium non erat, sed alterius uxoris pollutio dicebatur. Lev. 20. 10. Deuter. 22. 22. Hefek. 18. 6. Vid. tamen Matth. 9. 9. & programma nostrum supra adductum.

## CAP. XIV.

DE

### *Jure Societatis Parentum & Liberosorum.*

**H**icce status, qui fundatur in societate inter parentes & liberos, dicitur paternus, a patre præstantiore scil. hujus societatis persona.

2. Fundamentum hujus non erit specialis erga liberos affectus sed necessitas vitæ socialis.

3. Finis vero hujus societatis intendi nequit sine modo ad educationem necessario scil. imperio.

4. Parentibus hinc ex lege naturæ competit imperium, & liberis tribuitur obsequium.

5. Non vero hoc imperium matri competit originaliter, & patri demum derivative uti judicat Hobb. de civ. c. 9.

6. Imo fundamentum est omni ratione destitutum, quod petitur a prima possessione; nec non frustra provocatur ad Eccl. 7. v. 28. & Tob. 4. 3. Sir. 3. 9.

7. Nam si illud verum, cur non potius imperium obstetrici, quæ infantem primum excipit, tribuis, & adjudicas.

8. Nos asserere non dubitamus, de jure N. utrique ferme Parentum æqualem competere potestatem.

9. Quod procedere intelligitur eatenus, quatenus nimirum unius dispositio alterius voluntati etiam præsumptive non contrariatur.

10. Quoties enim animorum existit dissonantia, imo parentes in contraria divortia abeunt, toties prærogativa patri, tanquam capiti societatis, non indigne erit adscribenda.

11. Quod prævalens imperium ipsa quoque exhibet Scriptura Sacra. Gen. 3. 16. Eph. 5. 22. 1. Cor. 11. 3. 14. 34. 1. Tim. 2. 11. 12. 1. Petr. 3. 6.

12. Hoc imperium vero minus recte ad mortem usque extenditur, nec obstat, quod unusquisque habeatur pro principe in sua domo.

13. Nec est perpetuum atque indissolubile hoc paternum imperium.

14. Perit enim educatione obtenta, imo remittitur & amittitur infantem exponendo.

15. Iniqua hinc est sententia imo impium dogma Hobbes. c. 9. de Civ. art. 2. qui integrum relinquit matri, num infantem recens natum exponere velit suo arbitrio & jure, an vero educare.

16. Parentes vero liberis non alimentationem solum præstant, sed & educationi ante omnia student, scil. ut idoneus fiat infans ad socialem vitam, probis moribus affvetiatur, secundum virtutes vivere instituat, imo seipsum sustentare valeat.

17. Hoc ipsum tacente etiam lege naturæ, cupit Jus Universalis, ubi deterior audit infideli, h. e. gentili lumine

ne naturæ utenti, qui suorum curam non habet. Timoth. 5. 8. Matth. 7. 9. Tit. 3. 14. 2. Cor. 12. 14.

18. Parentes itaque sunt, qui non tantum vitam liberis largiuntur, sed & educationis & sustentationis beneficia subministrant.

19. Haud vero obligantur ex lege naturæ, ut bona sua æqualiter liberis assignent, sed possunt ea pro lubitu disponere, ita tamen, ne egeant alii.

20. Non confundi vero hic loci debere jus naturæ absolute & hypothetice tale, jam dudum monuerunt accuratiores.

21. Mortuo nunc patre liberi in potestatem matris supersistitis cadunt, h. e. matris potestas atque imperium magis existit conspicuum.

22. Hinc apud Hieroclem mater alloquitur filium suum fati immorigerum: Quid, ait, patre defuncto mihi obtemperare detrectas? numquid ne patris munus sustineo? sin hoc? & patris honorem desidero.

23. Parentes vero non solum liberis, sed liberi quoque Parentibus suis ad debita officia præstanda obstringuntur.

24. Officia hæc, quæ sub obsequiositate filiali comprehenduntur, dividi communiter solent, in principale & secundaria.

25. Imo in tantum requiruntur, in quantum J. N. non repugnant, hoc enim casu præceptis illorum atque consiliis resistere, imo licite ab obedientia recedere possunt.

26. Reverentia & honor parentibus exhibendus venit, intuitu maximorum beneficiorum, quorum potissima sunt, vita naturalis, educatio, defensio, & ut taceam alia.

27. Nam quo majora fuerunt beneficia, eo majorem erga parentes requirunt honorem.

28. Et venerari oportet Parentes per totam vitam, etiam in rebus minimis, cum & levium verborum παρτάτη ἔνμια imminet.

29. Nec etiam dignitas impedit in statu adventitio, quo minus liberis debitum honorem & religionem parentibus præstent.

30. Cujus rei exemplum illustre erit Salomon, qui ut Rex a deo reve-

renter se matri exhibuit, ut ei obviam iverit, illamque a dextris in folio collocaverit, a. Rég. 11. v. 19.

31. Quod procedit in rebus adversis & calamitatibus obvientibus, Syr. 3. 12.

32. Liberi denique parentibus prestare tenentur alimenta, si nimirum ipsi non habeant amplius, unde vivant, ac Spiritum ducant.

33. Ita quoque consuluit Ambrosius, dum ait: Pasce patrem tuum, pasce matrem tuam. O fili, quantum tibi sumis iudicium, si non pascas parentem? illud debes quod habes, cui debes, quod es.

34. Novimus enim tenerrimum affectum, quo liberos parentes amplectuntur, adeoque unum quasi cum ipsis corpus constituunt.

35. Hinc Paulus pro Onesimo intercedens, ita inquit, Συ δὲ ἀὐτῶν τῆρεῖ, τὰ ἐμὰ σπλαγγνα, πρὸ λαβῆ.

36. Quæ indentitas jubet, ut vicissim parentes ardentissimo amore prosequamur, Ama enim te amantes.

## Cap. XV.

### De Societate Herili.

**S**ocietas herilis dicitur ea, quæ inter dominum & servum instituta est, ob familiæ conservationem.

2. Hanc societatem repugnare conditioni, quam homo habet a natura, & quæ omnes æquales produxit, apud multos in confesso est, arg. l. 32. ff. de R. J.

3. inus vero recte æqualitas prædicatur de qualitate, sed de quantitate, & sic vix sumus invicem æquales, neque physice neque moraliter.

4. Ratione vero qualitatis similes dici possumus quoad formam substantialem & genericam, quæ tamen non impedit, quo minus, quoad formam accidentalem & specificam mortales inter se differant & dissimiles sint.

5. Fundamentum vero hujus Societatis naturalis erit non sola indigentia, nec hæbetudo ingenii vel inopia intellectus, sed pactum inter Dominum & servum initum,

6. Non sola indigentia, puta servitutem aspirantis, sed mutua, scilicet, diversi generis, & heri & servi.

7. Nec ingenii imbecillitas, utpote quæ non efficit, ut prudentior in stupidiorem consequatur imperium a natura, vel ejus intentione.

8. Prout autem sunt diversi servitutis gradus, ita & haud perperato dispesci solet in perfectam & imperfectam.

9. Officia vero quæ tribuuntur hero ex justitia præfluunt rectoria herili, quæ vero competunt servo, ab obsequiostrate servili petuntur.

10. Finis itaque erit hujus societatis familiæ conservatio, cui inferviunt servi tanquam instrumenta animata.

11. Nec vero restricta erit ad unum servum, sed tot habere licet, quod multitudo negotiorum in ampla quadam familia desiderant atque efflagitant.

12. Et cum nostris moribus servitus sit sublata, hanc pauci reperiuntur, qui ejus reductionem omnibus viribus svadent.

13. Sic enim profecto turpissima ista sustentationis genera, quæ ex furto, latrocinio, mendicatione, mercede meretricia aliisque reatibus derivantur, nostram fugient rempl.

14. Infirmum vero eorum erit argumentum, qui cupiunt, servos hodie fieri non posse propter charitatem christianam, & quos magis fratres in vicem quam servos esse deest. Lev. 25. 39. Deut. 14. 7. Parlip. 8. 9.

15. Nec in universam Paulus 1. ad Cor. 7. 11. seqq. destruxit servitutum, quam florentem videmus Deut. 15. 12. Exod. 22. 2. sed eam non admittendam esse censet cum paganis vel gentilibus. Ceterum vid. 1. Tim. 6. 1. 2.

## CAP. XVI. De Pœnis.

Pœna definiti solet per malum passionis, quod infligitur ob malum actionis.

2. Causa efficiens est Superior ac quidem nostro Jure immortalis Deus, cui independenter & principaliter jus pœnæ tribuitur.

3. Hicce Imperans ob rigorem Justitiæ rectoriæ delicta non dimittit impunita, sed supplicia exigit a nocentibus, unde & vindex dicitur, & retributio ei assignatur.

4. Omnis itaque pœna sequitur legis migrationem: qui ergo leges fert, punire etiam potest ac debet.

5. Imperativus vero, uti est in proverbio, cum prima persona careat, sibi legem dicere haud potest.

6. Et sic par in parem nullum obtinet imperium, nec pœna ulla locum sibi vindicat, sumitur tamen vindicta, a pœna admodum diversa.

7. Ac quidem hoc naturali Jure defendens. Se Samsen adversus Palestinos, insontem se testatur fore, si Palestinos, qui se malo affecerant, malo vicissim non afficeret.

8. Imo post peractam vindictam privatam haud illicitam eadem se'tur ratione dicens: Se ipsis fecisse quod ipsi fecissent priores.

9. Omnis itaq; vindicta privata Jure N. retaliatio est, quæ sit æstimatione boni, quod injuria ablatum uni, & jure vicissim auferendum alteri.

10. Hæc repassio, quæ græcis *πυτοπαθεια* dici consuevit, imo jus Pythagoricum audit, hoc continetur hieroglyphico: "Εως πάθου, ἴα και ἔργε δικη τ' ἰθὺα γυνοίτο.

11. Cui responderi illud Polyb. *πίναθ' ἄδ γεγονώς και ἀπαραίτηθ' ἀπιμῆης τῶν πέλας εἰκότ' ἀν και ὑπὸ τῶν πλησίον αἰῶς ἀπαραίτητ' ὑγχανοι παθησείας.*

12. Nec aliud nobis svadere videtur Scriptura Sacra Devt. 19, v. fin. Lev. 24. 19. Exod. 21. 24. Matth. 5. 38.

13. Qui tamen textus non in sensu proprio & de vera physica reparatio- nes sed de morali, scil. ratione æstimationis intelligendi sunt. Quod & olim Maimonidi in suo קנה הכס placuisse videtur.

14. Ceterum non puniuntur actus qui non imputantur, h. e. immunes sunt a culpa, atque sic legi non subjacent.

15. Cessante enim culpa cessat pœna, formale vero pœnæ est culpa, quæ legis transgressione est contracta.

16. Opponunt: Et infantibus deest culpa imo propositum delinquendi, & tamen a parentibus sub pœnam revocantur.

17. Resp. parentum animadversio in liberos, proprie non pœna, sed potius castigatio nominanda est, imo non puniuntur se demum avocantur, & in meliorem statum reducuntur.

18. Quod idem procedit in furiosis, utpote in quibus animus cessat delinquendi, & sic & culpa & pœna.

19. Quæ de brutis, dictamine rectæ rationis destitutis, supra dixi, huc repeti omnino possunt.

20. Si vitium vero, quam Gentes in statuas aut alia inanissima, quæ damnum aliquod dederant, exercere consueverant, jumcudum deriserunt sapientiores.

21. His enim ir-ræsci, teste Seneca, quam stultum est, quæ iram nostram nec meruerunt nec sentiant.

22. Pœna juris naturalis, vel temporalis vel æternæ sunt.

23. Pœna temporalis comprehendit sive complectitur morbos, pauperatatem, imo alia innumera mala quæ improbis obveniunt.

24. Pœna æternæ vel eternæ ultima quæque tristissima mitior,

Re



# EPILOGUS.

**R**eliquum erat B.L. ut de ceteris Juris nostri positivi, ac quidem ad jus humanum relati, capitibus, aliisque adhuc pluribus circa istud observatu dignis amplius ageretur; & exactius etiam pleniusque omnia tradi merito debuissent. Sed ut ea quidem ex peculiari statim tractatu, qui inscribitur: *De Jure Civili Jus natura determinante.* uberrimè peti possunt, ita in præsentem nudam tantum & qualemcunque jurisprudentiæ naturalis, citra conditionem adventitiam existentis, sciagraphiam seu Seminarium dare, & rudi calamo primas quasi lineas quasdam ducere, imò summa saltem capita indicare mihi animus fuit, plenam exactamque expositionem denominatis tabulis reservanti. Lapsus ergo in illis deprehenduntur forte non pauci, Sed homo sum. Ergo meæ fortis memor B. L. eos benigniori pro candore suo judicio emendabit. Nulli errasse hominis non est. Nec hominis est, aberrantem opinionem inhumano ingenio ausuque temerario æstimasse. Quo in æque nomine iste Cucullus, qui virulentum ovum superiori anno, cum omnibus adminiculis ac subsidiis destitutus, programma quoddam edere, in nido Currucae cujusdam deposuit, salutandus sit, aliorum judicio merito relinquo. Acriori profecto quam decet imò vehementiori quadam incitatione inflammatus, mendacia statim appellavit omnia, quæ sibi non satis probabilia visæ. Sed meminerit velim, ei sapissime in discursu (orbe enim in eisdem ad huc mortuus imò sepultus veluti spectatur) multa imò innumera excidere, quæ parum judicii roboris ac fundamenti habeant. Ea si mendacia ego appellem, annon iracundior multo, quam svidet moderatio philosophica, ei videar. Intercim cum jam novam, suo forsitan judicio carpenti occasionem accipiat, ab eo nihil magis oro atque obtestor, quam ut desinat maledicere, ne maledicta agnoscat sua. Sin vero quid habeat contrarii, sine odio sineque acerbitate omni, sine convitiis etiam & contumelia, publico declaret. Quod si vero, instar vesperilionis, luci se credere non audeat Sycophanta, saluberrimum ei dabo consilium: Tace, nec stultitiam tuam atque ignorantiam & privatim prode. Ceterum quæ scripsi non contendendi sed javandi animo in publicum emisi, hinc firmiter tibi persvade B.L. me cum nemine de hisce controversiam acturum. Quod vero reliquum est, Sanctissimo Numini devotissimas persolvo grates, quod studiis meis hucusque diuina sua gratia adfuerit, ipsiq; unquam posterum omnem meam vitam commendatam volo.